1532 Vadium praetactum Luere, Inscriptioni huic Satisfacere ac
Omne iudicatum praefati Debebit et Tenebit, Seque Reco-
gnoscentem ac Suos Successores in eadem Omnia Obligat,
Eundemque Terminum primum peremptorium, uti et alios Termi-
nos exinde subsequentes semper peremptorios Hau-
rit, eosdem Terminos Vera Infirmitate, seu Maiori Mi-
norennitate Successorum, ad Munimenta ad Evictorem vel
alijs quibusuis Dilationibus, et legalibus impedimentis
non Differendo, Ad Quietationem praeterea ultra proxi-
mos Officij praefati Castren. Capitan. Premyslien. Termi-
nos Dilationem sibi non recipiendo, Nullasque motiones,
Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
Omnia, poenis Simplicibus vel triplicatis, evasionibus
Suspensionibus, Fatalijs Iuris praescriptione terrestri, belli
Conventioneque vel alijs quibusuis Iuris Remedijs, et De-
fensis non subterfugiendo, Nec quovis alio modo Evaden-
do, (Ca alia Nihilominus Exemptionis Bonorum et fun-
dorum praefatorum praesentibus Venditorum, sibi Reco-
gnoscenti, Suisque Successoribus, quandocunque voluerit
pleno in Robore reservata.) Hac sua personali Re-
cognitione ad praemissa omnia, et Singula Medi-
ante.

Feria Secunda post Domini-
23/v cam Rogationum proxima
Anno Dni Millmo Sexcente-
simo Septuagesimo Secundo.
Nobiles Iaworscy Macint
cza

czaki. Bona sua Nlti Jawor-
ski Ihnatowicz Donant. 1533

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobiles
Iwan et Antonius Jaworscy Maciuterzaki Nobilis olim 1172
Wasko Jaworski Maciuterzak Filij, sani mentibus et
Corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Jurib[us]
Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs, et Competentib[us]
recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premy-
sliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum Suc-
cessoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie Incorporando, atque Subyciendo, palam publi-
ce, liberè ac per expressum Recognoverunt, et quilibet illoru[m]
suo pro Interesse Recognovit, Quia ipsi Bona appropriae et
haereditaria infrascripta Nimirum Sortes suas, se Recogno-
scentes post fata eiusdem olim Parentis sui Jure Divino et
Naturali Successione Concernentes Romanowicze nuncupat[as]
inter Metas ab Una Nobilis Basilij Jaworski Kiszczak
ab altera vero Nobilium Jaworskich Czerwakowszczina nun-
cupatorum in Bonis Villae Jawora Terra et Districtu
sent. Premysliensi iacentes et Consistentes. Cum omni praemissoru-
num Bonorum Nimirum praefatarum Sortium suarum Jure Dominio,
proprietate et haereditate tituloque haereditario, cumque omni-
bus et singulis Bonorum eorundem seu Sortium praefatarum Utilita-
tibus, usibus fructibus proventibus, redditibus emolumentis,
Commodis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs ge-
neraliter Universis, Nihil ex praemissis Juris Dominij pro-
prietatis haereditatis, ac cuiusvis Competentiae et praerogativae
pro se Recognoscente, suisque successoribus aut quovis
alio reservando seu excipiendo, Verum ita late longe
cir.

circumferentialiterque prout per se Bona seu Sortes
hium praedictas praesentibus resignatas haereditas se in suis me-
tis et limitibus ab antiquis extendit et protendit, et prout
eadem Bona Ipsemet Recognoscens Tenuit, habuit et Possi-
debat, ipsumque Concernebant, ac eidem legitime servie-
bant. Iam exnunc et defacto Nobili Dembo Iaworski
Ihnatowicz et ipsius Successoribus Dederunt Donaverunt
Inscripserunt et Resignarunt, prout praesentibus Dant Do-
nant ac titulo meri juris perpetui et irrevocabilis Do-
nationis Inscribunt et Resignant perpetuo et in aevum
irrevocabiliterque. In quae quidem Bona suprascripta Ni-
mirum Sortium praefatarum praesentibus per se Recognoscens
Donatas et Resignatas Iidem suprascripti Recognoscen-
tes Nobiles Iaworscy et Macuitzalii fratres suprarecensitis
Nobili Dembo Iaworski Ihnatowicz Donatario suo
ipsiusque Successoribus Iam exnunc et defacto Coram
Officio praesenti Castrensi Capitaneali Premysliensi Dant et
Admittunt realem Intromissionem, et Actualem paci-
ficamque Possessionem per Ministerialem quemcunque
competentem et Nobiles duos Die Quacunque voluerit
Officiose acceptandam. Per ipsum Donatarium suum, illiusque legitimos
Successores haec eadem Bona seu Sortes memoratas praesentibus re-
signatas cum Universis eorum utilitatibus, et usufructibus atti-
nentiisque et pertinentiis generaliter Universis Tenendi, habendi,
et Possidendi, illisque quiete et pacifice usufruendi, et ad usus suo-
rumque Successorum quosvis beneplacitos usufructus libere
et effectualiter Convertendi perpetuis et aeternis tempo-
ribus Debentque et Tenebuntur suprascripti Recogno-
scentes prout Se et suos Successores in et super bonis suis
generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis ha-
bitis et habendis suprascripto Donatario suo Inscribunt
et

et Obligant praesentibus. Ipsum et eius Successores in
dictis Bonis Donatis, et ratione eorundem omnium
ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque
Personarum Cuiuscunque Conditionis Status, et sexus homi-
nis existentium ex occasione suprascriptorum exorienda
per omnes praescriptiones terrestres (ut ad quamlibet Terre-
stris spectat et pertinet praescriptio) in omni Iudicio et Officio
Regni semper toties quoties opus fuerit Ipsum, Defendere, Expi-
care, Eliberare, Intercedere, Indemnemque cum posteris red-
dere et efficere, Nec non hoc eadem Bona Donata ab omni-
bus ingenere Iuribus, et Inscriptionibus protestationibus, et posse-
sionibus super praefata Bona Donata modo quovis Cuiuscunque
Personarum factis et faciendis eademque afficientibus tum e-
tiam a quibusvis Citationibus, super eadem Bona resigna-
ta modo quovis importatis et importandis, Litis denique
et perlatis, Processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et
gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus re-
signatis, perductis et perducendis emundare et eliberare, Mundaque
et Libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefati Camer
Officio praesenti admissam, in fundo Bonorum praefatorum praesentis Dona-
torum, eamque per Ministerialem et Nobiles duos Officiose re-
quiretur non Denegare imo Debebit, et Tenebitur eandem li-
bere dare, et effectualiter admittere Dataque, et admissa eade-
Possessionem et usumfructum praemissorum omnium modo quovis
tam per se, quam per suas quasvis, submissas, et subordina-
tas Personas, non praepedire nec adimere, Ipsumque Dona-
tarium suum ac illius Successores in praemissis omnibus prae-
sentibus Donatis nullo modo inturbari, ita ut haec eadem
Bona Donata cum Universis eorum utilitatibus, et usufru-
ctibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis Universis, Idem
Suprascriptus Donatarius Leus cum suis posteris quie-
te

1536 re et pacifice praesentis Inscriptionis Donation. Vigore Tenere, habere, et Possidere, Queat: illisque uti frui possit perpetuis et Aeternis temporibus. Idque sub Damnis terrestribus Simpliciter et absque Corporali Iuramento taxand. et edicend. per eosdem Recognoscentes, siue ipsorum Successores praefato Donatario suo uel eius posteris ob non Completionem praemissorum Omnium et Singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fient ad Luend. Succumbend. Pro Quibus quidem Damnis terrestribus simpl. taxat. modo praemisso ad Luend. Succubitt. ac pro re aliqua principali ex praemissis non Completa Complenda, Citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Iwan, et Antonius Iaworscy Maciutczaki eorumque Successores Ad Instantiam praefati Nobilis Demko Iaworski Thratowicz Donatarii sui, uel eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense exinde receptu Suprascripto quo ad respondendum spectat mediante. Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare Iuri parere, Respondere, Damna praedicta Terrestria Simpliciter taxata Luere, Inscriptioni huic Satisfacere ac Omne iudicatum pati Debebunt, et Tenebuntur. Seque ac suos Successores ad eadem Omnia Inscribunt et Obligant praesentibus. Illum Terminum primum peremptor. et alios Omnes exinde subsequent. Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro Maiori, Minorennitate Successorum Legatione intra uel extra Regnum, Seruitio Militari, ad munimenta ad Exercitum, uel alijs quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non Differendo, ad Luitationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitaneal. Premysliensis Terminos Dilationem ibi non recipiendo, Nullosque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones fauendo, atque praemissa Omnia prius Singulatim, uel triplicatis euasionibus suspensionibus, fori alij Iuris praescriptione terrestri

Con

Conventione neque ac alijs quibusuis Juris remedijs et Defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis Evadendo. Quo suis praesentibus Personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia et singula mediantibus.

Nlis Jaworski Ihnatowicz Consorti Suae Reformat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Demb. Jaworski Ihnatowicz Sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet, Se cum Successoribus ac Bonis suis quaevis Omnibus totaliter et plenarie Incorporando atque Subijciendo palam publice libere ac per expressum Recognovit. Quia ipse Nobili Marinae Jaworska Nobilis olim Mathiae Jaworski Trebuchter dicti cum Nobili olim Anna Koblanska Conorte ipsius legitima procreatae Filiae Sui vero Recognoscentis Consorti legitimae et ipsius Successoribus Summam Centum Triginta florenorum polonicis ratione Verae Dotis et expeditionis post ipsam acceptae, in Domum suam importatae, necnon aliam Similem Summam Centum Triginta florenorum polonicalium ratione Veri, certi, iusti liquidique Dotalitij, in et super tota et integra medietate Omnium generaliter Bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum: Tum auri, argenti, Clenodiorum, Stanni, Cupri, aeris, Orichalci, Vestium, Vestimentorum, Equorum, Equirearum, pecudum pecorum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post Divina favente gratia habendae in quacunque forma, et materia existen-

De